



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomus ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fasciculus Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Lib. III. Operandum est bonum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)



# PEREGRINI TERRÆ

feu

*Præparationis ad bonam mortem.*

LIBER TERTIUS.

*Operatio boni.*



LUC. 12.

Secundum medium nobis à Christo  
Domino nostro pro dispositione ad  
nam mortem propositum est tenere  
cernas ardentes manibus: Et lucerna  
ardentes in manibus vestris. Quod  
ta expositionem S. Augustini supra

ram nil aliud significat, quàm operationem boni. Lucerna  
enim præcingimus, abstinendo à malo: & lucerna  
ardentes tenemus, operando bonum. Hæc sunt duo  
cepta, quæ totam continent legem: duæ bases, in  
bostorum Christianæ perfectionis ædificium funduntur  
est: duo poli, à quibus sustinetur, & circumagitur  
ta hominis Christiani obligatio. Enimvero non  
cit solum malum non admittere, nisi abstinentia mali  
ni operis gloriam consequatur. Qui declinat à malo,  
facit, quod obest: sed qui facit bonum, addit, quod

S. Hil. Psal.

44.

Tersull.



U<sup>est.</sup> Ut palatium aliquod disponatur in commodum habitaculum Magnate seu Principe dignum, haud sufficit illud mundare & ab omnibus expurgare sordibus; sed variis insuper tapetibus & picturis exornetur, necesse est. Ad eundem modum, ut cor nostrum digna reddatur habitatio supremi Regis cælorum, non solum mundandum, & ab omni peccati macula purificandum est; verum etiam variis meritis, actionibus virtuosis adornari debet. Desideras igitur annumerari ciuibus cælestis & æternæ Patriæ? Per has vias Odii & Amoris tibi eundem est: odio habendum peccatum, & amando virtutem: *Declina à malo, & fac bonum, & inhabita in saculum seculi: Psal. 36.* Odio peccatum, & amore virtutem prosequere, & hisce passibus æternæ Gloriæ habitaculum aringes. Diximus supra de motiuis, quæ inducunt ad odium & fugam peccati; modò rationes prosecutionem virtutis, eiusque fructuum, quibus Iusti non in futura duntaxat; sed etiam in præsentis vitæ fruuntur.

*Negotium propriæ salutis gra-  
uissimum.*

### CAPUT I.

UT eligatur status Gratiæ, ac per viam virtutis fiat progressus, ante omnia seriò nobis cogitandum est, quàm necessarium sit salutis nostræ negotium, quod est primum & vnicum negotium, cui homo Christianus attendere & seriò invigilare debet, cætera omnia pertracturus veluti huic subordinata. Certissimum principium in Philosophia est: *In vnoquoque genere est primum, quod est mensura & regula cæterorum*: veluti in ratione & genere luminis datur Sol: in genere calidi est ignis; eodem modo in rebus moralibus datur prima quædam cogitatio, quæ veluti regula & mensura omni-  
um reli-



um reliquas ad se attrahit. Et hæc debet esse cogitatio negotium salutis, à quo tanquam à prima regula reliqua omnia regulanda sunt. Nouistine, quantum laboris & curæ impendere debeas studio litterarum; talis officio, tali negotiationi, cæterisque officiis & negotiis? Quantum, nimirum, prodest salutis tuæ, tantum & non amplius, & totum id, quod superfluum est, huic fieri nocuum est, neque negotium est, quod

*S. Aug.* homini Christiano competit: *Placeat, quod dicitur Patriam.* O si in Mundo hæc in praxim redigeretur doctrina, quam pauca in eo essent negotia, quam paucæ lites, quanta in eo pax, quanta salutis nostræ viget securitas! Sanctus Thomas, ut declaret eam curam

*S. Tho. o-  
pusc. 63. de  
Beatitud.* & sollicitudinem, quam quilibet de propria salute habere debet, docet ad eam cunctos nostros affectus dirigendos: quotiescunq; desideras, hoc debet esse desiderium perueniendi, ad quod factus es, nempe ad finem creationis tuæ, qui est Beatitudo æterna: quotiescunq; doles, hæc doloris tui causa esse debet, quam nondum ibi es: quotiescunq; times, timere debes, quod non peruenies fortassis ad beatum illum finem; denique quotiescunq; lætaris, lætaberis solum & gaudebis in rebus, quæ dant spem & auxilium ad perueniendi. Et ut vno complectar omnia: *Hoc est omnis homo.* Cogitatio salutis, quæ consistit in obedientia & subiectione ad legem Dei: est finis hominis & scopus, in quem collimare debet tota industria, cura & sollicitudo hominis Christiani. Hoc est omnis homo: quia est omne bonum hominis; omne officium, omnis finis, & ut legit alia quædam littera: *Est omne negotium hominis.* Verum cum alia expositione proposito nostro magis accommodatam dicamus: *Hoc est omnis homo:* quasi Spiritus S. vellet dicere: totum esse hominis consistit in habenda cura salutis suæ: & qui ab huiusmodi cogitatu remotus est, de eo affirmari potest quod non sit homo: qui est talis, ut animæ suæ diligentem gerat curam, est homo: qui non est talis, & negligit salutem suam, non est homo. O quam pauci homines iuxta hunc sensum reperiuntur in Mundo, pauci enim sunt, qui verè apprehendunt vitam

*1. Tim. 6.* *1. Tim. 6.*



eternam, qui omni studio & conatu satagunt obtinere  
Gloriam æternam, in qua vocati, & ad quam à Deo vo-  
cati sunt.

Probatur eadem veritas autoritate Christi: Si *Matth. 5.*  
*oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proiice*

*abs te.* Et idem affirmat de manu & pede, ac ra-  
tionem subiungit: *Expedi enim tibi, ut pereat*

*unum membrorum tuorum, quam totum corpus*

*tuum eat in gehennam.* Quo loquendi modo voluit  
Christus Dominus nobis insinuare altissimam utilissi-

manque doctrinam, & est hæc: quod homo Christia-  
nus cunctis rebus mundanis anteponeat estimati-

onem & curam salutis spiritualis animæ. Quod si  
ignotus diuitias tibi fore occasione[m] offendiculi & offen-

sæ Dei aduertras, *proiice abs te,* & è domo tua, sponte eas  
elargiendo pauperibus, ac pie utendo ad gloriam

Dei. O quam utilius est in hac vita esse pauperem  
& mendicum cum Lazaro, quam post mortem cum

Epulone protrudi in tenebras & ignem æternum!  
*Præcipe diuitibus huius Mundi,* inquit Apostolus: ergo *Timot. 6.*

*( & est reflexio D. Augustini) dantur diuites alicuius se- S. Aug. 10.*

*culi, quales sunt pauperes propter Christum.* Diuites, *4. ser. 205*

iuxta doctrinam Sancti Pauli, sunt tales in hac vi-  
ta: pauperes sunt diuites in futura vita. Miseri Mun-

dani, in quo gloriamini? in vestris diuitiis? Diui-  
tes estis, fateor; at solum in hoc Mundo, in hoc

puncto terræ, in hoc momento temporis; ast  
in alio Mundo, qui nunquam habebit finem, in æter-

nitate eritis pauperes, miseri & miserabiles. An  
maior vaquam cœcitas, qualis hæc est, inueniri pot-

est, quod quis malit esse diues in præsentis vitæ, quæ subitò  
euanesceat, quam in altera vitæ, quæ semper  
& æternum durabit? Ergo si diuitiæ tibi sunt oc-  
casio scandali, impediuntque æternas cœli diuitias,

*proiice abs te.* sperne, odio persequere, & abominare  
eas, tanquam rem execrabilem, ac tuæ perditionis &  
ruinæ causam. Eodem modo, si te à passione honoris  
nimis agitari perferas, & ambitionem tibi peccandi  
occasionem suppeditare experiaris, *proiice abs te,* digni-  
tatem illam & officium. Quid tibi proderunt  
hones

LOYSII  
IDERRI  
O V



honores & thesauri huius Mundi, si in alio igne ardebis aeterno? Alliciunt te deliciae & voluptates huius saeculi? Proice abste, aeterni tormenti dum timore. Et si in praxi praesentem Salvatoris deum nam videre cupiamus, Martyrum inspiciamus exemplum. Minabantur Tyranni, dicentes: nisi Christum negaueritis, exquisitis vos tormentis subiciemus, oculos eruemus, manus detrucabimus, & in mirissimas partes vos secabimus. Respondebant inuisi intrepidi: tormenta tormentis adicite, occidite, & morte, comburite, noua excogitate martyria & supplicia, ecce oculos & manus, eruite illos, ut libet, detruce non plus vitam corporis, quam animam aestimamus. hoc ipsum est, quod desideramus, optamus, ut, utrum, pro morte quadam temporali, vitam temporis aeternam: O sententiam & mentem hominis Christiani propriam! O doctrinam caelestem in seculum aeternae Sapientiae duntaxat edoctam & traditam! O mentem, quod nobis patefacit & manifestat pretium & gloriam summi boni, infinitamque differentiam, & intercedit inter temporale & aeternum bonum.

Hae est doctrina, ad quam nos inuocat Christus, eamque docet & exemplo & sermone. Cogitatus salutis debet esse primus cogitatus hominis Christiani, amor vitae aeternae, primus amor: causa salutis animae, prima causarum omnium. Sanctus Bernardus asserbat, quod firmum fecisset propositum nunquam gaudendi ac laetandi, quousque securus esset de negotio adeo necessario, quale est negotium salutis animae. Inter Magister Auila solebat dicere, negotium salutis animae in nobis debere operari effectum, quem faceret in quo, qui humeris suis pondus unius magni montis staret. Iste non posset aliud diuertere; sed semper grauatus & oppressus tantam molem uiueret. Tale pondus negotii propriae salutis, opprimit & coarctat nostrum cor adeo, ut nunquam illud relinquat liberam nullamque ei indulget temporis moram, qua de cogitare, aut aliunde laetitiam aliquam habere, & hac cura & sollicitudine exire valeat. Et non aliam viam bonam morte media superari potest.



Negotium propriæ salutis requirit  
continuum timorem.

## CAPUT II.

Beatus homo, qui semper est pauidus: vel ut alii legunt: qui iugiter pauet, ne Deum offendant. Beatus dici potest ille, qui semper cum timore & sollicitudine propriæ salutis vivit, & in omni actione sua timet offendere Deum: Id, in confirmat Apostolus: cum timore & tremore vestram salutem operamini. q. d. nunquam hæc vobis iriepat cogitatio, quod sitis securi de salute vestra; sed semper in sancto Dei timore vobis viuendum est, ne propter negligentiam vestram & socordiam sancta eius priuemini Gratiâ. Hic timor, iuxta S. Bernardum, triplex sit, oportet: *Timendum, manente Gratiâ; timendum, recedente; timendum reuertente.* *Prou. 18.1*  
*Ad Phil. 2.*  
*S. Bernard.*

Primo, timendum, manente Gratiâ, eò, nimirum, tempore, quo aliquis est in Gratiâ Dei, Nè in vacuum gratiam Dei recipiat, tenendo Gratiâ in otio, seu otiosam, & non operando cum ea & per eam actus bonos & meritorios vitæ æternæ. Neque sufficit bona operatio, sed requiritur etiam recta intentio: quia vniuersalis & communis Aduersarius, si impedire non proualeat actionem, tentat intentionem, & actum sinistra intentione contaminare satagit. *2. Cor. 6.*  
*S. Bern.*

Secundus timor exercendus est in absentia Gratiæ: Timendum, Gratiâ recedente: & multò magis hoc tempore, quàm priori: quia ubi desit (Gratiâ) desicit & Deo, & ubi ipse, & tuæ salutis: cum desit tibi vita supernaturalis principium operationum vitæ æternæ meritoriarum. Quemadmodum in rebus naturalibus quando primum mobile deficit à proprio motu, cessant quoque cæli inferiores à suo: ita deficiente Gratiâ, cessat bonitas & meritum in operibus.

Tertius timor est de Gratiâ iam recuperata. Et tunc



erunt, inquit S. Bernardus, multo magis timendum, ut  
 id contingat recidivum pati: quia deterius est recidi-  
 quam incidere, cum recidivum maiorem supponat  
 gratitudinem in Gratiā Dei. Concludamus cu-  
 cum S. Bernardo: *Semper timendum pro accepta Gratiā  
 amplius pro amissa, longè plus pro recuperata.*

Verum pergamus ad remedium, quod idem Sa-  
 ctus Doctor hisce verbis docet & demonstrat: *In  
 vitate didici, nihil què efficax esse ad Gratiā promer-  
 dam, retinendam, recuperandam: quàm si ogni tempo-  
 coram Deo inveniatis non altum sapere, sed timere,  
 semper ambules in conspectu Dei non animo elato  
 petro & tumido, sed humiliato & resignato Divo  
 eius voluntati.*

Præter timorem iam dictum, datur adhuc alia spe-  
 cies timoris, qui acutè instat sagittæ semper transire  
 & etiamnum transigit cor Justorum: & est iaceritudo  
 Gratiæ tam præsentis, quàm futuræ.

Primò, incertitudo Gratiæ præsentis: quæ de-  
 Trid. Conc. nitum est à Concilio Tridentino, nullum posse esse  
 sess 6 c. 9. certum certitudine fidei, se esse constitutum in Gra-  
 s. Tho. 1.2. tia: *Nemo scit, utrum odio vel amore dignus sit.* Quæ  
 q. 112. art. 5 scire non potest, num in Confessione simul adfuerit Ab-  
 Eccles. c. 1. tritio & Propositum conveniens: an extra Confessio-  
 nem Contritio eum attigerit scopum, ut porerit esse  
 ultima dispositio ad Gratiā: an actus Amoris Dei fuerit  
 supernaturalis, propter magnam, quam habet con-  
 actu Amoris Dei naturali, similitudinem: an adfuerit  
 aliquod peccatum occultum, quod non cognoscebam,  
 cognoscere tamen debebam. Ob has & alias rationes  
 dubius & incertus redditur status Gratiæ præsentis.  
 Sed cum hoc non est asserendum, quod Deservius &  
 famulus habere nequeat plures coniecturas & rationes  
 3. Greg. lib. probabiles, è quibus colligat se esse in Gratiā: Quan-  
 61. Regist. do formidine consumptâ de præsumptione veniæ quæ-  
 6. 187. dam securitas nascitur: quando sanctus Amor Dei,  
 crescendo, propellit timorem, & oritur certa quædam  
 in anima securitas veniæ & Gratiæ Dei: & anima non  
 can-



tantum non timet mortem; sed lata ad iudicium pro-  
perat, & mortem cum gaudio & amore expectat.

Unde multa dantur signa probabilia presentiae *S. Ambros.*  
Gratiae: odium peccati, resistere aliquamdiu tenta- *Serm. 7.*  
tionibus & non superari, contemptus Mundi, Amor *Psal. 118.*  
Dei, Amor proximi, praesertim inimicorum, fa-  
miliaritas & suavitas conversandi cum Deo, patientia  
in adversitatibus, vera erga Deiparam Virginem de-  
votio. Haec signa sunt veluti radii lucis, Solem Gra-  
tiae in anima residentem discooperientes & manifestan-  
tes, esto semper iis annexa sit nonnulla dubitas & in-  
certitudo, quae non reperitur in rebus Fidei, cum ea sit  
ceruissima.

Ultra incertitudinem Gratiae praesentis alia insuper  
incertitudo Gratiae futurae, quae Dei famulo continu-  
um incit timorem & anxietatem. Etenim tamen si  
aliquis pro certo, & per revelationem Divinam co-  
gnoscet, dono Gratiae se esse praeditum, de perse-  
verantia tamen se asscurare non possit. Quia donum  
perseverantiae nullus promereri potest; sed gratis da-  
tur a Deo, cui vult, & quomodo, & quando vult, &  
ob eam etiam causam denegari potest, veluti pro-  
pter occultam aliquam superbiam, quae nequidem  
culpam mortalem attingit: solet namque Deus in poe-  
nam illius culpae nonnunquam attenuare & diminvere  
Divinos suos influxus, & esse parcior in conferendis  
donis & gratiis: ex qua subtractione anima paulatim  
debilis efficitur, adeo, ut occurrente graui quadam  
tentatione non resistat, & in peccatum labatur.

Ex dictis colligitur, qua ratione vita alicuius  
Iusti semper transigenda sit in timore, propter pericu-  
lum, in quo versatur, Gratiae & praesentis, & fu-  
turae: & ex timore prodire debet exacta quaedam &  
perfecta vigilantia. *Esto igitur vigilans & confirma, so-* *Eccles. 7.*  
*molentiam & pignitiam mortis instar fugiendo, &*  
*oculos semper tene apertos, ut quavis impedimenta*  
*& salutis offendicula evites & effugias, apprehen-*  
*dosque omnia media ad salutem necessaria. Enim-*  
*vero*



uerò seruus Dei minimè contentus esse debet quæ  
que spe salutis; sed Diuinâ auditus Gratia omni  
dio procurare debes, vt semper in ea crescat, eamque  
quantum fieri potest reddat perfectiorem securitate  
que. Idque fiet, quotiescunque executioni mandata  
quod, Deum è nobis exigere. conspiciet, cooperabitur  
& correspondendo sanctis & Diuinis eius inspiratio  
bus, eo modo, quo iam dicitur:

*De ordine inter animam &  
corpus.*

Caput III.

**S**ub creationis nostræ initium in Adamo fecit De  
shominem rectum; Deus creauit primum hominem  
cum ordine inter animam & corpus: vt corpus vel  
seruus inserviret, & anima instar Dominae domina  
tur. Verùm exiguo tempore durauit hæc pax & vni  
quia, cum anima per peccatum ab obedientia Deo  
subtraheret, corpus pariter se subtraxit ab obedientia  
animæ: & corpus & sensus, qui vt serui obedire debe  
bant, vt Domini & Patroni dominari cœperunt; & ani  
ma, cuius instar Dominae erat imperare, ac illæ insub  
seruire cœpit. Satus miserabilis & infœlix, status pe  
petuæ inquietudinis, status confusionis, & totus  
uersus? Quemadmodum, si in hac perpulchra  
machina ordo Vniuersi mutaretur & confunderetur,  
cœlum staret infra in centro terræ, & terra supra in  
convexo cœli. Hæc inter alias pœnas vna fuit, Ad  
mo propter primum peccatum inflicta, intrinseca  
delictet, deordinatio, & bellum veluti civile inter ani  
mam & corpus. Remedium est reditus ad primæ  
statum, & vt cuiuslibet parti hominis tribuatur id, quod  
cundum naturam suam ei competit: anima tanquam  
prior comparatione corporis regat & gubernet.  
corpus vt potè inferius respectu animæ obediat. De



nobilitate & superioritate animæ iam dicetur, vt cum pacifica possessione animæ restitatur sceptrum corona domini, quæ de iure ei competunt: & simul cum hoc, quo ad fieri potest, homo redeat ad felicem statum primæ suæ originis.

Hæc veritas probabitur ratione fundamentali ex doctrina D. Augustini desumptâ: *Quidquid creatum à Deo, vel anima inferius, vel aequale est: inferius, vt corporalia: aequale, vt Angelus: melius autem nihil.* *S. Aug. 10. 1. de quest. animæ c. 30*  
 Quid excellentius dici potest? Inter omnes creaturas nullam agnoscit superiorem, quò ad gradum intellectuum, vt loquuntur Scholastici. Obambulet & percurrat Mundum hunc nostrum inferiorem & visibilem: & semper se vt superiorem & Dominam inspiciet. Transcendat deinde Cælos, & naturas ipsas & substantias Angelorum attingat, neque hisce se vilior ac inferiorem comperiet; sed eorum veluti amicorum & æqualium gaudebit societate. Ex hac veritate eruit idem S. Augustinus necessariam quandam consequentiam: *Nulla creatura colenda ab anima, sed solus Creator, quia nulla creatura superior, sed solus Creator.* *Hinc est, S. Aug. quod Anima media inter Deum & creaturas, conuersione ad Deum perficitur, conuersione ad creaturas inficitur & destruitur: quia Amor non est nisi ad suum perfectum, & perfectum non est, nisi quod est superius.* *S. Thomas: Cùm igitur Deus solus sit perfectius Animæ, quia est superior, in Deo solo collocare debet Amorem suum.*

Hunc de anima nostra conceptum magnamque existimationem facere debemus. Tàm alium censei debet eam conscendisse gradum, nè vnquam agat aliquid, quod nobilitati suæ præiudicet, aut minimè conueniens sit, & nè vllâ occasione à sua dignitate degeneret. Constituta vt est inter corpus & Deum, cogitet, quod sit media inter seruum & Dominum; ergò corpore suo tanquam seruo vti debet, imperando & præcipiendo ei: & erga Deum, veluti erga Dominum suum se gerat, oportet, obediendo ei: *Oportet animam regere & regi: regere inferius, quod est corpus, & regi à superiori, quod est Deus.* *S. Aug. 10. 1. lib. 6. music. 6. 5.*  
 Verborum: *Est anima media inter seruum & Dominum.*  
 Ani-



Anima pro Domino & Patrono suo solum agnoscit Deum, à quo expectat beatitudinem, felicitatem, omnem perfectionem; & pro seruo suo agnoscit corpus, ut sibi tanquam instrumentum inseruiat in seruio obsequio Deo prestando. Et tunc bene vitur corpore, cum eius vitus refertur ad Deum, & quotiescumque id, quod corpus agit, ab anima ordinatum fuerit ad gloriam.

Considera insuper animam, quod media inter corpus & Deum constituta non inter seruum & Dominum duntaxat; sed etiam inter inimicum & amicum conspiciatur. Veritas certissima est, maiorem haud rectius animæ inimicum, quam proprium corpus: nec eiusdem maiorem ipso Deo inueniri amicum.

Corpus inimicissimum: quia totum aduersatur intentioni & scopo ipsius animæ, nec aliud procurat & tendit nisi delicias, voluptates & affectus sensuales, eam secum pertrahat ad æternam damnationem. Deus amicissimus, quia continuus inspirationibus animam in viam salutis dirigit, & ad cœlestem Regnum perducere nunquam desinit.

*s. Aug. ser. de corp. & anim.* Concludat igitur anima, & corpori dicat: Ego te de celo veni à Deo concessa tibi, & tu terra es: melius est, tu mecum ascendas in cœlum, quam tu me trahas terram in Infernum.

Quod sit tanta est animæ nobilitas, quod ad naturam qualis erit, si eandem consideremus in statu Gravitatis, quâ suffragante eleuatur supra propriam conditionem naturalem, & ordinem subleuat supernaturalem & Diuinum: in quo pro dignitate recipit filiationem Dei, pro hereditate Gloriam cœlestem? Neque esse filium Dei adoptiuum, est humana instar adoptionis apud homines: Homo namque non adoptat aliquem in filium suam ei communicando naturam; at Deus sublimi quodam modo verè Naturam suam iis communicat, qui in filios adoptat: adeo, ut ad hunc effectum simul concurrant Gracia & Natura Diuina: illa, ut *Quo*, veluti


*Lessius de perfect. Diuinitis lib. 12 c. 11.* principalis & forma assistens ac vnita animæ, in ratione mouentis & mobilis: quia anima mouetur, & Diuinitas mouet.



Præterea, sicuti anima dat corpori esse, viuere & operari; ita Diuinitas donat animæ, primò, esse supernaturalæ per Gratiã; secundò, viuere per Charitatem; tertio operari per alias virtutes supernaturales. Hic fuit finis Passionis Christi, & meritum sui Sanguinis; ut, nimirum, animam extollat ad statum ita sublimem & eminentem, qualis est status filiorum adoptiuorum Dei. Quemadmodum deinde id testatur in S. Joanne Evangelista, cū ait: *Sicut misit me viuens Pater, & ego uiuo* Ioan. 6.

*propter Patrem: qui manducat me, & ipse uiuet propter me, q. d. quemadmodum ego à Patre meo accepi Naturam Diuinam; & tanquam Verbum æternum per viam generationis, & tanquam Homo per viam unionis; ita quoque qui meam manducat carnem, recipiet eandem Naturam Diuinam per Gratiã. Considerata hoc in statu animæ non reperietur diuinitas inter corpus & Deum, ut inter seruum & Dominum; sed etiam ut inter seruum & Patrem, cum habeat eandem naturam cum Patre, & ius ad hæreditatem suam. Annon igitur summè inconueniens ac intolerabilis error esset, si anima tot tantisque ditata donis, & ad eminentem admodum cæcæ dignitatem carni & sanguini se subiceret & mancipiū instar corpori suo se subderet? Anima Dei insigni- S. Bernard.*

*ra imagine, decorata similitudine, desponsata fide, quid tibi cum carne & sanguine; quare ista pateris? Dominam ancillari, & ancillam dominari magna abusio est.*  
Pro præxi, ut stabilietur conserueturque bonus ordo inter corpus & animam, & quælibet pars persistat & maneat in suo gradu, hæc regula obseruanda est: *Quod docet anima fugiendum: quod prodest, ad implendum;* S. Thom.  
idque in omnibus rebus & calibus occurrentibus. Hoc præxiu duce & lumine semper benè ambulabis, & animam in throno suo collocabis veluti Reginam, quæ imperet & dominetur; corpus uero animæ subiiciat veluti seruum, qui ei obediat.





## De bono usu Gratia.

## CAPUT IV.

Cum corpus debitâ obedientiâ subordinatur animæ, anima pariter debitâ adoratione & obedientiâ subordinanda & subdenda est. Quod fit eo actu, quo convenienter correspondemus & cooperamur Divinis inspirationibus, bonoq; uso Divinae Gratia: quia Gratia est propter usum, sicut potentia propter actum. Duobus modis Christus Dominus noster regit & gubernat ecclesiam suam: per paternam influxum, & per externam gubernationem: primum officium exercet immediate per seipsum sanctis inspirationibus: secundum exercet per Vicarium suum in terris. Deo igitur nos gubernante per Divinos internosque influxus, modum cooperemur, oportet, quem observare debemus, ut in eis cooperemur & respondeamus: de quo modo infra instituetur.

S. Thomas  
Cajet.

S. Bern.  
serm. 75.

Apoc. 12.

Apoc. 3.

Tribus modis, uti docet S. Bernardus, operatur Deus in animam. Prædicatione, Creatione, & Inspiratione. Non prima, neque secunda; sed ultima duntaxat libertatem nostram exigit cooperationem: ut, quoties eum invitavit, Deus loquitur cordi, illuminando intellectum, & movendo voluntatem ad aliquem actum, vel optatum, ut subitâ nostra voluntas liberè consentiat. Divina inspiratio (ut docet Theologi) est Gratia Dei a se invicem citans, quæ consistit in a. tribus intellectus & voluntatis (in illustratione intellectus, & affectione voluntatis) tanquam duabus alis, anima elevatur ad Deum: *Da sunt ei ala due, ut volaret in locum suum, sed non volavit.* Ubi consideranda est dispositio & cooperatio Divinae Providentiæ: quomodo DEVS loquatur, quomodo anima respondeat: quâ ratione Deus inspirat cordi, & quâ ratione cor nostrum respicit DEVM: *Ego sto ad ostium, & pulso: si quis mihi aperuerit, intrabo ad eum, & cenabo cum illo, id est, ego*



fit ad ostium cordis humani, inquit Deus, si quis mihi subito aperuerit ostium sui liberi arbitrii, intrabo ad eum, & cenabo cum illo. Quibus in verbis ponderari debent quatuor actiones: *pulsare, aperire, intrare & cenare*. Primò, Deus pulsat cor nostrum sanctis suis inspirationibus. Secundò, aperit cor, trahendo liberè nostrum consensum. Tertio, intrat Gratiã habitualem producendo in anima. Quarto & ultimo, post Gratiã communicat Gloriam in altera vita. Sed, ut terminis scholasticis loquamur, dicendum esset: *Pulsat Deus per Gratiã excitantem, aperit per adjuvantem, S. Thomas. intrat per sanctificantem, cenat per glorificantem*. Iam, si quando Deus incipit pulsare ostium cordis tui, ut sibi aperiat, *cognovisses Et tu, qua ad pacem tibi*: si anima cognosceret & intelligeret, quam eximia sit illa gratia, quæ ei exhibetur, quam magnus ei manifestetur thesaurus, quomodo in sancta illa inspiratione consistat spes & fundamentum salutis suæ, perfectionis suæ, omnisque sui boni: quanta diligentia & promptitudine correspondere niteretur? quomodo omni alio se moro negotio diceret *cum timore & tremore: Domine, quid me vis facere?* En me promptum & paratum ad omnia, tua suffragante Gratiã, quæcunque Divina tuã Majestã præceperit. S. Franciscus, quando celestem aliquam visitationem in anima præsentiebat, subito, ut advertebat Deam sibi in corde loquentem, sublecebatur etiam in itinere existens, nec ultra progrediebatur, & omni possibili mentis attentione & applicatione auscultabat, quod ei Divina Majestas præcipiebat, ut subito, omnique promptitudine & perfectione illud exequeretur. Neque est, quod quisquam objiciat sese excusaturus, & dicat: satis est, si id, quod Deus mihi inspirat, adimpleatur & executioni manderetur, quando est aliquid, quod obligat sub præcepto. Quia, tamen si res à Deo inspirata & proposita solum esset aliquid supererogationis, nihilominus non facere illud, quotiescunq; non adest aliqua ratio in contrarium, est species ingratitude, & defectus perfectionis. Et quamvis Deus similes defectus non puniat poenâ positiva, quia non sunt defectus, qui includat culpã; attamen

LOYSII  
DEREI  
O V

Act. 9.



meo castigat eos poenā priuatiuā (veluti supra diximus de peccatis venialibus) priuando animam abundantia Diuinitatum suorum influxuum, & non conuincendo primò, Diuina suā Gratia auxilio. Eaque poenā grauissima est, quia est poenā spiritalis: ob quam peccata anima vim & vigorem, quo primò prædita erat, consistendum tentationibus: vnde iure merito timere potest

2.2.9.17. est summam culpæ ruinam. *Ingratitudo, docet Angelus, meretur beneficii subtractionem.* Scilicet qui est ingratus non correspondendo donis & gratis Dei, neque apprehendendo benè usum Diuinæ Gratia, ipsā Gratia priuatur meretur. *Duplex est vocatio Dei: prima, quā vocatur ad primam Gratiam, quando aliquis est in statu peccati, & Deus vocat, ut de peccato soleat, ac poenitentem cum Diuinā suā Maiestate se reconciliet ac ponat in statu Gratia; secunda, quā vocatur ad augmentum Gratia, & ad maiorem perfectionem.* In prima vocatio vocat ad obseruantiam præceptorum: in secunda ad obseruantiam consiliorum. Utique correspondere ac cooperari debemus: qui enim non correspondet quod est perfectionis, incurrit periculum subtractionis abundantiorum Gratia influxuum, nec non perditionis salutis. Propterea igitur, quotiescunque de caelo nobis infundi experimur bonam aliquam inspirationem quæ nos excitet moueatque ad perficendum quod bonum opus, esto solum fuerit opus supererogationis, & absque peccati obligatione, nisi aduersus suadens nobis contrarium, bonum illud à Deo non propositum & inspiratum executioni mandandum, sed sub poenā incurrendi in vitium ingratitude, & peccati di quoque Diuinæ Gratia subtractionem, uti dictum est. Verum, quia hæc a cooperatio ultra conuincitur liberi nostri arbitrii principaliter oritur ab efficacia Diuinæ Gratia, quæ mouet voluntatem nostram, non solum per modum obiecti sed etiam per modum actus mouentis. Et inclinantis voluntatem ad id, quod Deus vult: debet propterea homo Christianus continuo exorare Deum, ut, quando pulsatur & alloquitur cor nostrum, loquatur perfecte efficaciter, donec ei aperiat. Enimvero quamuis Diuinæ Gratia efficaciam hanc possimus promereri



mereri, attamen oratione impetrare valemus. *Quam-*  
*obrem vauisquisque cum Propheta deberet dicere; Eri-*  
*gemibiaurem, vt audiam te, quasi Magistrum: Quan-*  
*do, Domine, seruo tuo loqui dignaris; fac, aures meæ*  
*intapeatæ, vt auscultem, simul & exequar cœlestem*  
*tuam doctrinam, vt potè à Diuino meo Magistro tradi-*  
*tam. Et cum sancta Sponsa; Veni, Auster, perfla hor-*  
*tum meum, & fluent aromata virtutum.* Abiecedat ven-  
 tus Aquilonatis malitiam suggestionum Dæmonis, ac-  
 cedat & afflet ventus Australis & aucta vitæ Divina-  
 rum inspiratiuum, per quas producuntur germina  
 actuum diuersarum virtutum. Et hæc sufficiant de bo-  
 no vñ Gratia, de necessitate, & de modo cooperandi  
 Diuinis inspirationibus. Quo securi erimus, quod  
 spiritus eius bonus deducet nos in terram rectam, id est in  
 terram viuentium, qua est terra recta, quia nulla ibi vi-  
 tiorum obliquitas. *Psal. 142. Bellarm. hic.*

## Pœnitentia.

### Cap. V.

Supposito eo, quod dictum est, veluti præambulo ad  
 id, quod iam dicitur; tempus est, vt penitus intro-  
 spiciamus, examinemusque, quid in superfactu opus sit  
 & necessarium ad operandum bonum ac proinde ad bo-  
 nam præparationem mortis. Et ante omnia curan-  
 dum est, vt bonum detur principium viæ Dei per pœ-  
 nitentiam, quæ sit vera & solida de peccatis præteritis,  
 & ex qua certa quasi spes veniæ nascatur. Secundò,  
 facto pœnitentiæ fundamento, erigendi sunt muri vir-  
 tutum, vt totum ædificium cooperiatur auro Charita-  
 tis recto.

Et vt in hoc capite exordiamur à fundamento pœni-  
 tentiæ, duas declaramus esse vias salutis, vnã, quæ di-  
 citur via Innocentiæ; alteram, quæ dicitur via Pœni-  
 tentiæ. Prima reservata fuit soli Christo, qui non so-  
 lum non peccauit, sed nec etiam peccare potuit per na-  
 turam



turam: & sanctissimæ eius Matri, quæ nec peccavit, nec peccare potuit per Gratiâ. Cæteri omnes, ut peccatis saltem venialibus subiecti, ab hac via excluduntur. Ita apertè declarat S. Joannes, cum ait: *1. Ioan. 2.* *dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas non est in nobis.* Ubi notandum est, Apostolum cùm ait: *Non habemus*, non intelligit peccatum originale; sed *Non habemus*, videlicet peccatum actuale, saltem veniale, a quo nequidè in Apolline in Gratia confirmati, excepti & liberi fuerunt. Sepò igitur primâ viâ Innocentiæ, differamus de secundâ Pœnitentiæ, quæ nuncupatur *Secunda tabula post naufragium* de innocentia Adami factum: ac proinde ad

*S. Tho. 3. p. Luc. 13.* lutein necessaria est *necessitate medi & præcepti* (ita quæntur Theologi) Veritas clarè ac dilucidè à Domino Christi oraculo tradita: *Nisi pœnitentiam egeritis, nones simul peribitis.* De hoc nullum est dubium: at quæta difficultas consistit in modo tam peragendi, & quæ ea debeat esse pœnitentia, quæ nos de venta secutos efficiat, & Deo reconciliet.

Huc respondet sanctus Augustinus: vera pœnitentia debet esse cordialis cum motatione vitæ ac moris conjuncta. Idque exemplo Davidis & Saulis probat. declarat: uterque de suo monitus errore dixit: *Peccavi*; attamen solus David cœleste hoc audiuit responsum: *Dimissum est peccatum tuum:* & Saul non audiuit hanc vocem; *sed ira Dei mansit super eum.* Rursum reddit idem sanctus Augustinus diceas: *Similis vox, sed dissimilis cor.* Similis fuerunt in voce, quæ ambo idem pronunciarunt verbum: *Peccavi*; at dissimiles fuerunt in corde: quia illud, *Peccavi*, David fuit cordiale, ex intimo corde prodiit cum vero dolore & proposito emendationis; illud verò, *Peccavi* Saulis fuit solum verbale, in ore perstitit, non transiit ad cor contritum & humiliatum coram Deo. Tametsi tres syllaba valent, tres syllaba sunt *Pec ca- ui.* Magnam vim & virtutem habet hoc verbum trium syllaba-

*S. Aug. 10. 10. hom 44 fol. 149. 10.* rum *Peccavi*: at tunc solum, quando cum his tribus syllabis flamma sacrificii cordis ascendit in cœlum. quantum conceptus ille, quem de pœnitentia efformat



homines mundani, differt ab eo, quem formant sancti Patres! Dicent illi: ad pœnitentiam sufficere, si quis omnia sua peccata confiteatur Confessario, paucas aliquas effundat lachrymas, & mentale solum habeat propositum non repetendi deinceps peccata præterita ex motivo Dei summè amati. Hæc pœnitentia, tametsi vera sit, & sufficiens ad reponendum hominem in statu Gratia; nihilominus ea non est, cuius facti Doctores mentionem faciunt: hæc namque totalem insuper requirit mutationem vitæ: sublationem omnium occasionum, tam remotarum, quàm proximarum peccati: irrevocabilem oblationem totius vitæ præteritæ in sacrificium & verum holocaustum in igne Charitatis Dei, absque eo, quod repetatur amplius, quod ipsi Deo semel oblatum est. Et, ut vno verbo dicam, verus pœnitens non, qui primò fuit, deinceps sit, oportet: in omnibus occasionibus & in se sit, & aliis quoque compareat mutatus, necesse est. Mutatum debet esse cor, non amando amplius bona terrena, sed cœlestia: mutatæ cogitationes, non considerando amplius creaturas in ordine ad Deum, & propter Deum: mutati scopi, desideria, intentiones, immergendo omnes vastissimæ infinitæque abyssos infinitatis æternitatisque Dei: & super omnia mutatus debet esse gustus & sapor: *quod timebat amittere, gaudet dimittere.* O mutationem dexterae Excelsi! O miraculum omnipotentis Dei manus! Invenire & contemplare illum Publicanum Matthæum ad Apostolatam Christo vocatum, quanto studio & amore, quantâ aviditate inhiabat opibus & pecuniis? qualem habebat timorem perdendi eas? Sed ecce Divino vix tactus radio nuncium mittit lucro, abiicit pecunias, & quas primò avido corde conseruabat, promptiori postea animo conculecabat: *Gaudet dimittere, quod prius timebat amittere.* Quia mutatus est gustus, subintrat verus gustus, & fallacem propellit: palatus voluntatis infirmus sanatur, gustat verum bonum, abnuens fallum & appetens. *Intrat,* ait D. Augustinus, in cor nostrum *vera & summa suavitatis Dei,* & subito expellit fallaces Mundi delicias.

IOYSLI  
DEREI  
O.V.



Hæc sunt signa veræ pœnitentiæ: Pœnitentia lo-  
 gè distans à recidiuo: Pœnitentia stabilis & firma, & sep-  
 sua resolutione & mutatione. Si pœnitens es, pœnitentia  
 te: Si pœnitet, non facies, quod malè fecisti. Contritio po-  
 sunt, sibi que aduersantur, pœnitere, & redire ad peccati  
 carum: quia quem pœnitentem alicuius peccati, hoc quæret, ut  
 que ei displiceat: & qui de nouo committit peccatum, dicitur  
 hoc sibi placere commonstrat. Unde tales D. Augustinus  
 nus appellat non pœnitentes, sed irridentes, quia cetera crea-  
 quodam modo irrident Deum & remedia pro salute in se re-  
 fra à Deo nobis relicta. Loquamur igitur de hac pœnitentia  
 niteantia, de qua loquuntur Sancti, quæ firmum & inuincibile  
 bile includit propositum, totalem vitæ conuersionem, &  
 & mutationem: Sicque ei placeat id, quod primò ei displice-  
 plicebat: & displiceat, quod primò ei placebat. Insuper  
 Ambrosius optimè descripsit, quales sint partes & conditiones  
 huius pœnitentiæ. Tunc, inquit, poterit aliquis in magis  
 verus pœnitens, quod post conuersionem ita vitæ sanctæ  
 ut vitali huic moriatur vsui: seipsum abneget, & totus em-  
 mutetur. Primò debet esse mortuus Mundo & rebus ter-  
 creaturatum, mortuus omni affectui & desiderio ter-  
 rum terrenarum. Secundò mortuus quoque debet esse se-  
 se sibi ipsi, totum, quod habet de terreno & humano, abne-  
 gando & mortificando. Ultimò, totus mutetur in corde  
 eo, qui primò erat: euadat homo nouus, homo celestis. Salu-  
 homo totus repletus cogitationibus, affectibus, & desiderijs  
 siderijs Dei. Præterea debet se regulare in externis, sic  
 giendo omnem defectum & excessum in vsu creaturatum  
 rum: non tantum omne superfluum, verum etiam non  
 nihil ex eo, quod necessarium est: Somno minus mori-  
 gendum, quam natura postulat: & hic exiguus somnus  
 interpellandus est gemitibus, interuempendus est suspirijs  
 fequestrandus orationibus. Probat S. Ambrosius do-  
 ctinam suam auctoritate Christi: Qui vult viuere  
 me, abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur  
 me. Qui de vita præterita verè contritus desiderijs  
 meis insistere vestigijs, à capite ad pedes vsque, necessarius  
 est, se muniat sanctâ mortificatione, tam internâ quam  
 abnegatione omnium affectuum & desideriorum ter-  
 sualium, quam externâ, suffrendo crucem, quam Do-  
 minus humeris eius imponit.

S. Ambros.  
 de Pœnit.  
 lib. 2. c. 10.

Matth. 16  
 Luc. 9.



Concludit denique idem sanctus Doctor: *Qui mortui* *Ambros.*  
*sepulti sunt cum Christo, non debent iterum velui vi-*  
*uantes de hoc Mundo decernere* Et vult dicere: qui ve-  
 ritate pœnitent, idem est, ac si moreretur ac sepeliretur cum  
 Christo: ergo verus pœnitens non debet, ac si viuus es-  
 set, in rebus mundanis affectum adicere. Quid  
 dicent, quid respondebunt huic doctrinæ Mundi Sapi-  
 entes, qui, quando ad Confessionem tandem aliquando  
 accedunt, vnicam pro pœnitentia recitantes coronam  
 salutis seu solarium, se se satisfecisse obligationi, & cum  
 hac poenitentia se egisse pœnitentiam opinantur? Interrogo  
 eos: estisne confessi omnino? Nuncium misistis pec-  
 cationum vestrarum? sic est. Deseruistis occasionem ioprimis pro-  
 mittere mundanam & vrgentem? & hanc etiam. Sed dicite mihi  
 ubi? Insuper: quomodo abicitur affectus Mundi? quâ ra-  
 tione mortificatur inordinatio passionum? quomodo  
 quis de maligno cogitatus in sua infantia sacrificatur in igne  
 a viuo sancto Amoris aut Timoris Dei? quomodo mortuus  
 est super ambitioni Mundi & vindictæ iniuriarum? quâ ratio-  
 ne & vere alliciunt senius delicta voluptatesque etiam licitæ  
 & ratione. Quod si in vno deficias, scito conversionem tuam  
 non esse perfectam, neque pœnitentiam esse istius ex-  
 cellentia, veluti eam detentebunt facti Doctores. Re-  
 cordare, qualem pœnitentia formam præscripserit  
 Saluator in baptismo tuo, quando re a peccato originali  
 ad Gratiam, a Dæmone ad Christum convertisti. Ob-  
 hanc conversionem æterna Sapientia totalem ac perpe-  
 tuam coram omnium, quæ ad Dæmonem spectant,  
 postulat renunciationem. Memor his eorum verborum,  
 quæ tibi tunc dixit Christus, & quid tu respondisti:  
*Abrenuncias Sathane? Abrenuncio. Et omnibus operi-*  
*bus eius? Abrenuncio. Et omnibus pompis eius? Abre-*  
*nuncio.* Christus haud contentus est vnicâ renuncia-  
 tione, sed trinam exigit, quæ renunciationem denotat  
 totalem & perfectam: corde, scilicet, verbo & opere,  
 & omnibus nostris inimicis faciendam: Mundo, Dæ-  
 moni, & Carni. Spero, te hoc conuictum, & imbuen-  
 dum fore, quænam sit vera illa pœnitentia quam Deus  
 a te postulat: qualis sit ea præparatio & dispositio ad bo-  
 nam mortem necessaria: quale sit medium illud, quod te  
 per

LOYSII  
 DERRI  
 O V



per viam certam ac rectam securè conducatur ad de-  
 rarum aeternæ salutis portum. Non tibi te ipsum  
 credendo, confessionem aliquoties frequentatam  
 sufficere absque eo, quod manum adiuueas rati-  
 onem, mortificandis inordinatis carnis & sensus affec-  
 tibus. Ut mundetur expurgeturque ager à zizanis, heris  
 malignis & nocuis, nihil aut parum prodest, si  
 putentur ac succidantur folia & germina vitia, si  
 simul eueillantur extirpenturque radices: ita nec  
 est tollere peccatum, intactâ relictâ causâ & origi-  
 ne, quæ sunt inordinati cordis nostri affectus & delin-  
 quentiæ. Enim uerò, te minus cogitante, pestifera peccata  
 proferent germina, ac in morte probabis, quam  
 dele, & quali insuperabile tibi concipi abunt  
 huiusmodi pravi habitus inordinati que affectus, pro-  
 fero ac venenoso diabolicarum tentationum  
 terribiliores effecti. Neque blandè tibi persuade-  
 yelis, hanc, quam in vita flocci pendis & negligis,  
 obtenturum poenitentiam.

Narratur de quodam Adolescente eadem  
 persuasione ducto, quod mortis agoni proximo  
 mare coepit *Poenitentia, Poenitentia, Poenitentia*,  
 es? eam optare habere, & non habeo. Neque  
 eam obtinuit, quia tempore vitæ suæ eandem con-  
 spexit & spreuit: vnde cum male quæreret poenitentiam  
 adiuuenit impoenitentiam, & cum clamaret voce  
 poenitentis, obiit corde impoenitentis.

## Gratia & Virtus.

### Caput VI.

**I**n fundamento veræ & cordialis poenitentia  
 totali vitæ mutatione coniuncta, veluti dicitur  
 est capite præcedenti, erigendi sunt munitio  
 exercitio christianarum virtutum ad salutem  
 necessarium. Nulli dubium est, primum huius  
 exercitii fundamentum esse poenitentiam, quæ  
 est caput præcedenti, erigendi sunt munitio  
 exercitio christianarum virtutum ad salutem  
 necessarium. Nulli dubium est, primum huius  
 exercitii fundamentum esse poenitentiam, quæ  
 est caput præcedenti, erigendi sunt munitio  
 exercitio christianarum virtutum ad salutem  
 necessarium.



Præter auctorem & architectum esse Deum: Siquidem *S. Aug. de*  
 anima in unione cum Deo *Veritas impletur, fecunda*  
*utque virtutibus.* Unde Philosophi etiam Gentiles *civis. lib. 10*  
 hanc agnovit veritatem: cum, videlicet, virtuosum *c. 4. to. 5.*  
 solum dici posse, *quis est Dei cognitor & imitator,* qui  
 exercet se in cognitione & amore Dei. Porro *Idem de ci-*  
 valde conducit ap. rebendere magnos illos thesauros, *uit. lib. 8.*  
 quos in sancto vitam exercitio lucratur: magniq; *cap. 9. to. 5.*  
 emolumentum est intelligere, quâ ratione vita virtuosa  
 alicuius Julli non sit vita melancholica tristis & affli-  
 cta, veluti falsè existimat Mundus; sed iucunda & to-  
 ta veris gaudiis & voluptatibus repleta. Hæc erit  
 materia præsentis capituli, quo probabitur, verum  
 gaudium residere duntaxat in corde Julli veris Gratia  
 bonis ditati, ac proinde vitam Julli non esse melanco-  
 licam, sed gaudio & hilaritate plenissimam.

Primum tamen supponendum est, quod Gaudium  
 est possessio boni cogniti & amati, est effectus causatus à  
 bono, sed hoc bonum, ad hoc ut sit causa gaudii, tres  
 habere debet condiciones: primo, ut sit bonum pro-  
 prium nostrum, & à nobis possessum: secundò, ut sit bon-  
 num cognitum (qui enim domi haberet thesaurum, nec  
 eum se habere & possidere novisset, non proinde gaude-  
 ret) tertio, ut sit bonum æstimatum & amatum: non e-  
 nim gaudemus de bono, quod aut nihili, aut parvi fa-  
 cimus. Hæ sunt condiciones Gaudii, progreddi-  
 mur nunc ad materiam Gaudii alicuius Julli. San-  
 ctus Petrus Apostolus hæc pertractans materiam pro-  
 ponit hæc sententiam: *Maxima & pretiosa promissa*  
*nobis donavit, q. d. Deus ob suam infinitam bonita-*  
*tem inestimabilibus summisque Gratia ac Vir-*  
*tutum donis nos ditavit: ut per hæc efficiamini Di-*  
*vine consortes Natura.* Agit Deus nobis, um, quemad-  
 modum persona aliqua Regia, vel alius quidam ma-  
 gnus Princeps facere solet, qui cum aliò migrare cogi-  
 tari habitaturus in magno aliquo palatio, nonnullos  
 eò præmittit servulos & ancillos variis instructos  
 tapetibus & ornamentis regalibus, quibus illud exor-  
 nent, ut sit habitaculum tanto Principe dignum. Si-  
 mili

IOYSII  
 IDEREI  
 ED. I  
 O. V.



mili modo facit Deus: construxit & fabricavit animam nostram, instar sumptuosi alicuius palatii, cuiuslibet veluti propriam autam inhabitare peroptat: ast quia Deo ma a seipsa, esto amplissima sit & quasi immensitate libertatis, pauper & nuda est, & ad recipiendam Divinam Maiestatem minimè disposita, ideo præmittitur ei Deus cum donis suis, quibus illa adornetur, & ad talem servitium suum finem disponatur apteturque. Itaque Gratiæ tanquam Divina quædam forma, in anima recipitur inter eandem cum omnibus suis potentiis Deificatur, & liberatur a vitiis & virtutibus infusis supernaturalibus, ut à Divo Petro supra a legato vocatur *Maxima* & *divina* *promissa*, quibus medianibus anima dispo- actualiter recipit in se Divinitatem, & consequenter sanctissimam Trinitatem, Patrem, Filium & Spiritum sanctum. Vbi notandum est, Apostolum non tantum de bonis futuris, quibus Justus gaudebit in vita: verum etiam de presentibus, quibus in hac vita gaudet & fruitur. Duo sunt Regna Christi, vnum Gratiæ & Gloriæ alterum: in primo regnant Iusti in hac vita, in secundo regnant Beati in alia vita: & in utroque regno infinita sunt bona, infinita dona, quibus Iustus gaudet. Et ut ad particularia descendam, dico Gratiæ conferre anima Iusti novem eximia conferre dona: primo, *liberationem Divinam*: secundo, *amicitiam Divinam*: tertio, *hereditatem Divinam*: quarto, *protectionem Divinam*: quinto, *conversacionem Divinam*: sexto, *operationem Divinam*: septimo, *visitationem Divinam*. Et, ut exordiar à primo, primum est Gratiæ: *Divinum in nobis statum efficiendum*, animam nostram elevari ad statum Divinum. Hic status, *status*, significat duo: *conditionem personæ* & *libertatem, vel servitutem*: *Conditionem personæ* significat *mobilitatem in tali statu*. Talis est effectus Gratiæ, qui constituit Iustum in statu libertatis, liberum ipsum liberando ab omni eo, quod non est Deus, liberum à peccato, liberum à passionibus, liberum ab omni inordinato affectu creaturatum. Et hic status merito appellatur Divinus, quia talis libertas non acquiritur, nisi Deo virtute mediâ, & per hoc, quod anima se efficiat

S. Tho. 2. 2.  
q 183 a 1.



am ac seruum Dei, & à creaturis se constituat ac reddat  
liberam. Hic est status Iusti: *subesse & præesse*, subesse  
Deo, & præesse creaturis, esse subiectum Deo, & esse li-  
berum ab omnibus creaturis. Huic contrarius est sta-  
tus Peccatoris, se veluti seruum subiicere creaturis, & à  
Deo se subducit & soluit. Ita dixit Apostolus: *Cum Rom. 6.*

*seruissetis peccati, liberi fuistis iustitia: nunc vero libera-  
ti à peccato, serui estis facti Deo.* Considera discrimen  
inter seruitutem & seruitutem, inter libertatem  
& libertatem. Seruus Gratiæ summum bonum;  
seruus Peccati summum malum. Ad eundem mo-  
dum, liber & remotus à peccato infinitum bonum: so-  
lus & remotus à Gratia infinitum malum. Ast quo-  
modo cognoscetur discrimen inter seruitutem & serui-  
tutem? Respondet S. Thomas: *Tunc est seruitus S Thom. lo.*

*peccati, cum aliquis ex habitu peccati ad malum inclina-  
tur: & contra, tunc dicitur seruus Gratiæ, quando  
ex habitu Iustitiæ inclinatur ad bonum.* Ex dictis col-  
ligitur, quàm miserabilis & miser sit status peccatoris  
(veterem bene aduertit Caietanus) quàm scilicet ac for-  
tunatus status Iusti. *Peccator obligatus est ad peccan- Caiet. l. cit.*  
*dum, quantum est ex seipso; quia non potest ex seipso resur-  
gere: & ut Gregorius dicit, peccatum, quod per peni-  
tentiam non deletur, suo pondere ad aliud trahit. Iustus  
autem ab huiusmodi vinculo absolutus est. adeoque sta-  
tus eius scilicet est. Hæc est prima proprietas hu-  
ius ditionis status. Secunda proprietas est permanen-*

*tia & immobilitas: quia habitus virtutum immobiles q. 183. art. 1.*  
ac stabiles nos efficit in bene operando, iuxta consilium  
Apostoli: *Stabilis estote & immobiles: sicut à contrario 1 Cor. 15.*  
habitus vitii efficit peccatorem fixum & permanentem  
in malo.

Primus itaque effectus, quem Gratia producit in  
anima, est, quod collocet eam in statu Diuino, in statu  
libertatis respectu creaturarum, & in statu seruitutis  
comparatione Dei: idque quantum est ex se; non cum  
vanitate & inconstantia, sed permanentem & immobi-  
liter.

Secundus effectus Gratiæ est Amicitia Diuina. *Ioan. 15.*  
*non dicam seruos, sed amicos, q. d. Jam non estis serui  
tumo-*

IOY SII  
DEREI  
O V



S. Greg.  
hom. 27. in  
Evang.

timore seruili, bene tamen serui timore filiali, & per amici eam amicitiam, quæ est vel effectus Gratia quantum est charitas; vel effectus Charitatis prout distinguitur à Gratia. *Quanta dignitas est, hominibus amicos Dei? Maxima profecto, quæ in hominibus cogitari possit.*

S. Thomas.

Tertius effectus Gratia est filiatio Diuina. Quod admodum *Charitas facit amicum; ita Gratia filiatio*. Hæc filiatio, tamen si adoptiua sit, non est tamen adoptionis humanæ: etenim hæc solum tribuitur rationale ad hereditatem extrinsecam Patris adoptiuis; aut Diuina adoptio dicit insuper communicationem seu participationem ipsiusmet Naturæ Diuine & eius veluti dictum est supra.

Rom. 8.

Quartus effectus est ius & debitum ad Diuinam hereditatem. *Si filii & heredes.*

Quintus effectus est esse cohæredes Christi: *his hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.* Unde hæc prærogatiua & dignitates, puta, filiatio Dei & adoptionis Christi simul sunt unitæ: eadem namque gratia, quæ facit vnum, & aliam facit effectum. hoc nomine fratris non dedignabatur nos appellari ipsemet Christus, dicens: *Vade ad fratres meos.*

Ioan. 20.

*dic eis &c.*

Sextus effectus Gratia est Diuina protectio, sicut Justum tanquam amicum & filium Dei modo quoque speciali & extraordinario ab ipsemet Deo protegendi omni modo conueniens est.

Hæc protectio duplici exercetur successu & auxilio: vno externo, interno altero: externus succurrit, quo ita defenditur & præseruatur Justus, ne ceant inimici externi, aut homines: quantum Deus hisce liberam relinquat voluntatem, ut in suos odio prosequi, aut iis malum aliquod fieri possint, quantum velint: accedens potentia Deo ligata est, ne id ipsum actu faciant: neque enim illum iis referre possunt, nisi quando & quantum Deus iis permittit. Doctrinam hæc expressit

In Psal. 19. *Diuis Augustinus hisce verbis: Vnusquisque malum*



se habet voluntatem nocendi: ut autem possit nocere, non  
bet in potestate. Idque supra modum seruos Dei con-  
solari debet, quod tamen plurimos habeant inimicos,  
tūc visibiles, tūc invisibiles; omnes nihilominus  
manus gestant ligatas per Diuinam Providentiam,  
nec possunt, esto velint, absque licentia & promissio-  
ne Dei ullum eis inferre damnum & nocumen-  
tum.

Alter succursus seu auxilium, quod Deus prote-  
ctione sua suppeditat Iusto, est internum; cum, nimi-  
rum, inspirationibus suis Diuinis illuminat intellectum,  
voluntatem incitat & accendit, fortificat & corroborat  
potentiam, ut strenue tentationes Inimici oppugnet  
& eumcat. Iustus etiam in Gratia constitutus est instar  
Infirmi debilis & viribus parum firmi, qui per viam lu-  
bricam & lubricam incidere & ambulare, & à tergo  
habere talium, qui eum truderet ac propelleret. Quam-  
vis haberet spem consistendi in pedibus & non caden-  
di? annon assistente aliquo vicino indigeret, qui ei  
& firmam opem ferret, succurreret, eumque in periculis tuta-  
retur & conseruaret? Simili Iustus indiget auxilio: est  
debilis & infirmus propter fomitem concupiscentiæ,  
appetit agere & incedit per viam lubricam & periculosam ob  
peccandi occasiones in Mundo occurrentes: adest à  
tergo, qui eum protrudit & impellit, estque Dæmon  
persecutor. In tot tantisque periculis & necessitatibus  
succurrit Deus Diuinâ suâ Gratiâ, suisque amicis &  
regibus assistit, eos protegendo, corroborando & for-  
tificando, ne in tentationibus cadant, sed faciunt eum **1. Cor. 10.**  
tentatione proventum, & ex tentationibus fructus  
succipiant occasiones, maiusque spiritus incremen-  
tum.

Septimus fructus Gratiæ est Diuina conuersatio, quia  
conuersatio statui proportionari debet. Ita videmus  
magis personas vilis conditionis & status conuersari cum  
personis equalibus & plebeis, & personas sublimio-  
ris & altioris status cum personis sublimibus & nobilibus.  
In Dæmone Iustus ad statum nobilissimum, puta, Diuinum  
esse conuersatus & tractare debet eum personis  
etiam

IOYSLI  
DERE  
O V



etiam Diuinis. Dignitas altissima Iusti! Conuenire  
agere & conuersari non iam cum hominibus; sed  
Angelis; cum Sanctis, cum Christo, cum sancta  
Virgine, cum ipso met Deo, & cum tribus Personis  
diuinis. Habet clauem auream, quâ prohibitu suo  
di possit secretissima cœli sanctuaria: portam  
reperit apertam nunquam præclusam, quemadmo-  
dum est hic in terris apud intimos amicos & fami-  
limos alicuius Principis.

Octauus effectus Gratiæ est Diuina operatio  
esse, posse, & operari inter se debent esse proportio-  
Cum igitur Iustus à Gratiâ & habeat esse Diuinam  
porentias virtutum infusarum etiam Diuinis: operatio-  
operationes pariter Diuinæ sint, ad Deum ordinata  
nouipremii Gloriæ meritioræ.

Ultimus effectus Gratiæ sunt Diuinæ visitationes  
quibus Deus consolatur, & recreat animam Iusti  
que sine comparatione superiores & eminentiores  
his iis consolationibus, quas tanti faciunt & æstimant  
homines mundani. Consolatio carnalis, quando  
scit & multum augetur, loco gaudii generat dolorem  
fastidium, ac animam denique damnat pœnâ accendit  
ubi consolatio spiritualis, quod magis crescit, eodem  
rem generat voluptatem & lætitiâ, & tandem  
num cœli causat gaudium. Hucusque de inzelibus  
libus bonis Gratiæ, & de thesauris immensis, quos  
ma Iusti in se comprehendit.

Quod si nunc iuxta proportionem boni possidet  
veluti supra diximus, subsequitur gaudium & lætitiâ  
cum immensum sit bonum, quod possidet Iustus  
mensum quoque erit gaudium. Verum dicit quidam  
Experientia docet contrarium; etenim multi reperiuntur  
Iusti, neque tamen simile gaudium percipiunt.  
Spondetur causam huius esse defectum considerationis  
quia non omnes Iusti cognoscunt & considerant  
quod habent: ut autem bonum possident, si iam generet  
dicitur.

*S. Thomas*



dum & lætitiã, debet esse cognitum, iuxta doctri-  
 nam in principio datam. Quapropter sanctus Paulus  
 apostolus exhortando fideles ad perpetuam lætitiã  
 spiritualẽ (*semper gaudete*) subito subiungit medium *S. Thom. I.*  
 sine intermissione orate) q. d. Valisne semper gau- *Thess. c. 5.*  
 dere, curate, quod ad fieri potest, ut studio sanctæ  
 orationis attendatis, & in præsentia Dei ambuletis;  
 quia ab oratione certum aliquod iumen in animam re-  
 sulat, quo mediante cunctos in se latentes thesauros &  
 bona intuetur ac contempletur. Quemadmodum si  
 Princeps al. quis ærario suo variis ac pretiosis aulæis, ta-  
 petibus ac picturis adornatio in-lusus, occlusas quoque  
 teneret circumquaque fenestras: ita, ut lumen Solis  
 omnem præcluderet aditum, nullum in eis spectabit  
 decorem, nullo gaudebit splendore; at ubi aditum  
 præbent luci, & radii Solis subintraverint, nouo  
 cor eius perfundetur gaudio & thesauri aspectu recrea-  
 bitur. Idem planè contingit Justo; quando possidet  
 bona Gratiæ & vacat ab oratione, nullius bonæ, quod  
 possidet, gaudet aspectu; sed quamprimum anima  
 elevatur per orationem, subornitur Divina illa lux, quæ  
 eam illuminat, redditque apram & idoneam ad con-  
 templanda bona & dona in eis latentia. Tunc consi-  
 derat, & gaudet se repositum in statu, non iam serui  
 Carnis aut Mundi, sed serui Dei, cuius seruitus su-  
 pereminet & præstantior est omni Dominatû & Regno  
 mundano: sicut maior est dignitas, pluriusque æstima-  
 tur, quod aliquis sit servus alicuius Regis, quam  
 quod sit Pastor & Dominus multorum pecorum. Et  
 Justus non tantum servus, sed & amicus Dei est, quæ  
 est nova dignitas & Gratiã. Satisfuisset, & longè et-  
 iam nostram superasset meritum, quod nos ad suam  
 admittat servitutem, nosque servos suos appelleret; at  
 voluit nos insuper amicitia suæ nexu adstrictos, &  
 amicos suos nuncupare: neque hoc contentus, sed  
 præterquam nuncupemur & simus eius serui & amici,  
 voluit etiam nos filios suos nominari & esse. Gratiã  
 fac potens erat in statu amicitia Dei nos collocandi,  
 adque eo quod nobis communicaret dignitatem Filii:  
 Thom. posterior H nihil.

LOYSII  
 PADEREI  
 20. II  
 O. V.



nihilominus Deus utrumque à Gratia productum, nosque ad dignitatem & amici & filii pariter altari voluit. Præterea poterat nos assumere in filios adoptiuos per solam Gratia communicationem, nec hoc contentus, placuit ei hanc nobis conferre tatem filii, modo eminentissimo, puta, cum communicatione propriae suae Naturæ. Insuper poterat assumere in filios suos; at non admittere ad hæredem suam: & si nos hæredes suos constituere decessit, haud necesse erat, ad eandem nos vocaret hæredem Christi, constituendo nos cohæredes eius. Quæ consideratione tam eximie Charitatis tantorum donorum non obstupescet? Quis non lætabitur singulari hilaritate & gaudio replebitur in contentione quinque horum privilegiorum, quæ omni mani intellectus capacitatem excedunt? Esse filium Dei, amicum, & filium Dei & Beatæ Virginis, & dem Dei, & cohæredem Christi? Nec mirum hisce prærogatiuis & privilegiis correspondere peragium Protectionis, Conversationis, Operationis, & sitationis. Meritò Justo capiti imponitur Diadema gni, & duorum Regnorum: diadema Regni pro vita præsentis, & diadema Regni Gloriæ pro futura: & hoc diadema Gratia novem adornatur gemis seu margaritis, & sunt novem dona Gratia triplicata. Concludamus hoc caput exclamatione Cypriani: *Nihil Christiano (nomine & re tali) eius, cui promittuntur Regna cælorum, & Regnum tiam in terra, & Regnum Gloriæ in paradiso. Quæ huic felicitati infelicissima Mundi felicitas, quæ una voluptatis stilla infinitum secum confert tormentum oceanum. Melius est esse pauperem cum vultu quam Regem cum malitia.* Et rationem reddit: quantum anima superat corpus, tantumdem passiones animæ excedunt passiones corporis: vnde gaudium æternam, quam patitur corpus: tristitia interna peccatoris sine comparatione externam excedit præteritatem, quæ perfruitur corpus. Ergo de primo ad mum vita hominis iusti non est melancholica, &

S. Chrysof.

Hom. 4. 10.

4.



eam depingunt Mundani; sed lætitiâ & gaudio repleta  
 quare ad hanc totum nostrum affectum applicare, &  
 contrariam peccatoris vitam fugere debemus. Jam  
 ultima pars huius tertii libri, quæ est de exercitio san-  
 ctæ Charitatis; cui toto vitæ nostræ tempore incum-  
 bendum est, exponenda esset, vt dispositio ad bonam  
 mortem necessaria completeretur ac perficeretur. Ve-  
 rum pro maiori distinctione specialis liber compositus  
 est, cui titulus est *SERAPHINVS*, seu *SCHOLA*  
*SANCTI AMORIS* ad quem  
 Lectorem remitto.

FINIS primæ partis Pere-  
 grini terræ.



H 2 PERE-

COYSII  
 DEREI  
 O V